

& frigus opus nature non ingreditur, vt re vera omnia intrinsecè sint ca-
 lida, à cœlo calido informata. Et sacra littere cœlum empyreum vocant,
 quod est, igneum. At de his in dispu. 3. Nobilius itaque principium ri-
 tē positum sit cœlum, & calor eius forma, vim diffundendi se, habens.
 Terra verò, vbi à sole non retunditur vis eius, vt in nocte patet, & hye-
 me, quando sol abest, maximum effundit frigus, & illud cum tenebra,
 sicut sol cum luce. Et densissima est ad sensum, nec vllò videtur ferrī
 motu, tenebrosissima quoque est: semperque entia; magis sibi cogna-
 ta generat, & opera caloris vastat, vapores quippè ducit in aquas, & eas
 corrumpit in glaciem, (nec non sit terræ, sed aquæ, si aquas corrumpit
 frigus) conuertit in terram; duramque; constituit entia, quibus à solis calo-
 re se defendat. Flammas extinguit, vt in cauis antris lubeuntibus euenit
 cum facibus, vbi sanè nullus est ventus, sed frigus sumraum. at quia non
 penitus hæc in terram agit, nec omnibus solaribus spoliat conditioni-
 bus, sed motu magis, & tenuitate, quam calore, sicut vapores in aquas
 acti, qui calidi adhuc sunt, & niues ostēdunt, & vinum calidum frigidum
 sentitur ob ambientis occupationem frigoris, opera caloris ocluden-
 tis. Et lapides è fusili aqua à frigore coacti, qui ignem contusi emittunt,
 vt ergo contrarium minus nobile, minusque; potens sit oporteat, hæc in-
 dicant. Et quia quæcunq; in sunt cœlo, & soli operationes, & conditio-
 nes ab vno fiunt calore, sui ipsius diffusiuo, & quæuis terræ à frigore mo-
 dō operati, indiç; apparent, hæc sunt prima principia, primasque rerum
 formas est opus. Et cœlum & terra, sint prima corpora est necessè, vbi
 primæ habitent formæ, agentesque; nature, vnde que se diffundant, (alijs
 enim nullis inest natura sui ipsius diffusiuo,) & dùm in congressu se op-
 pugant, varia efficiant entia. at vnum solum in formet intrinsecè, quod
 est nobilius, & fortius, non enim possunt conciliari, nam nec suæ obli-
 uisci nature, quarum vtraque contrariæ semper est contraria. Frigus au-
 tem extrinsecè pugnet in vicinis sedibus, non enim opus nature, inuitis
 Peripateticis annuentibus, intrat. Itaque; ratione, sapientiaque; à Deo minus
 robustum factum est. Et maiori industria est sibi prouisum nè à cœlo
 prorsus corrumpatur, vt antè memorauimus. Alia non apparent prima
 corpora, nam nec aer facit aerem, nec aqua aquam, sed à sole Peripateti-
 cis quoque fiunt, itaque nec possunt secunda entia facere vt in dispu. de
 mixt. dicemus. Et rationabiliter duo cum sint prima contraria principia
 actiua, non admittunt elementa prima plura duobus, nec hæc ab humi-
 do, & sicco constituentur, si neutrum est actiuum principium Aristote-
 li, & vtrumque; à calore fit, & frigore, & eorum actiones à calore, & frigore
 eduntur, vt in met. manifestat Arist. & Perip. omnes. Quoniam verò nõ
 est in mundo operatio, nec generatio, nec corruptio, alteratio, augmen-
 tum, nutritio, & latio, quiesque, quæ ab horum altero non fiat contrario-
 rum, & ipsæ rerum substantiæ primæ, & principia ab operationibus in-
 notef-

2. De gen.
I. 8.

L. I.